

Council Of Chalcedon (451). Definition on the two natures of Christ

De duabus naturis Christi	On the two natures of Christ
<p>Sequentes igitur sanctos Patres, unum eundemque confiteri Filium Dominum nostrum Iesum Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum vere et hominem vere, eundem ex anima rationali et corpore, consubstantialem Patri secundum deitatem et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, 'per omnia nobis similem absque peccato' (cf. Hebr 4, 15); ante saecula quidem de Patre genitum secundum deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria virgine Dei genetrice secundum humanitatem: Unum eundemque Christum Filium Dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unionem magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum sive divisum, sed unum et eundem Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Iesum Christum: sicut ante Prophetae de eo et ipse nos Iesus Christus erudivit, et Patrum nobis symbolum tradidit.</p>	<p>Following, then, the holy Fathers, we all unanimously teach that our Lord Jesus Christ has been confessed as One and the same Son, the selfsame Perfect in godhead, the selfsame perfect in Manhood; truly God and truly Man; the selfsame of a rational soul and body; co-essential with the Father according to the godhead, the selfsame co-essential with us according to the Manhood; like us in all things, sin apart; before the ages begotten of the Father as to the divine nature, but in the last days, the selfsame, for us and for our salvation (born) of Mary the Virgin Mother of God as to the Manhood; One and the Same Christ, Son, Lord, Only-begotten; to be acknowledged in Two Natures unconfusedly, unchangeably, indivisibly, inseparably, the difference of the Natures being in no way removed because of the Union, but rather the properties of each Nature being preserved, and concurring into One Person and One Hypostasis; not parted or divided into Two Persons, but One and the selfsame Son and Only-begotten God, Word, Lord, Jesus Christ; in the past the prophets Jesus Christ Himself had taught us, and as the Symbol of the Fathers had handed down to us.</p>